



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Symphorosa Cum VII. FF. MM. 18. Iulii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

vultus astro similis & literæ in manibus repertæ, quibus ipse fabulæ totius argumentum descripsérat. Et placuisse fabulam Cælum ostendit, cùm miraculis applausit, toties plausus repetiturum, quoties fabulam juventus. Ex Metaphr.

Vis obtinero cælum, quod perdidit superbiens angelus, qui confisus est in virtute suâ, & in multitudine divitiarum suarum? Paupertatis vilitatem amplectere, & tuum erit. S.Bern.serm.i.de Omn.SS.

S. SYMPHOROSA CUM VII. FF.
MM. 18.Iulii.

R Eliquit Getulius Mart. post se conjugem SYMPHOROSAM & VII. filios. Bonum factū! è tantâ familiâ neminem reperias degenerem. Scires illam Martyris uxorem, hos filios esse, qui sanguine tincta parentis vestigia fortiter insisterent. Ergo Adriano Imp. sistitur animosa cohors; & ecce mater dicit. Blanditiis, minis, tormentis omnibus pugnatur. Sed vincunt in filiis mater, in matre filii, dum ante oculos patris volat memoria, & Martem ejus, quem fundi viderant, sanguis accendit. Cumque mater in præterfluentem cum appendice saxo abjicienda esset, Præo, clamabat, filios ad victoriam mater. Si filii estis, ad patris dexteram & matris sinum etiam per tela & ignes curreatis. Ecce morior; pulchra mortis heredes quos nisi filios dicam meos? Iamq; valete: ego mulier per undas portum peto. Si viri estis, per vulnera viam in cælum animo facietis. Dixit & undis mersa, quò voluit, enatavit. Postridie fortissima turba iterum producitur, singuli que ad palum ligati statuuntur, quasi verò in hâc pugna tyrones & non veterani jam essent. Inde CRESCENTIUS ferro guttus, JULIANVS pectus, PRIMI-

TIUS

Iulii.
ertæ,
ipse-
cum
cum,
gelus,
divi-
e; &
F.
gem
actū!
Sci-
san-
cent-
x ec-
mni-
a ma-
a, &
cen-
n ap-
filios
am &
e mo-
neos?
i viri
Dixit
e for-
ne ad
ugnā
CRE-
NIMP
TIVS

353 VITÆ SANCTORVM. 19.Iulii.
TIVS umbilicum, NEMESIS cor trajicitur, &
omnes adversa vulnera sibi gratulantur. Jam EV-
GENIUS in duas partes, at JUSTINVS, ut amplius
augeret fraternal aciem, membratim dissecatur.
Denique STACTEVS omnium telorum stat sco-
pus. Neque jam Tyrannus prohibere potuit, quod
minus fratres secutus ad astra evolaret: pennas tot
fagittæ addiderunt. Ex Rom. Brev.

*Est bonorum Adolescentulorum timorem Dei habere,
deferre parentibus honorem, castitatem tueri, non
aspernari humilitatem, diligere clementiam ac vere-
cundiam; qua ornamenta sunt minoris aetatis. S.Bern.
l.de Ord.Vitæ.*

S. ARSENIUS C. 19.Iulii.

ARSENIUS bonis artibus & virtutibus juxta-
clarus Arcadium & Honorium Theodosii
Aug. filios literis imbuendos & pietate accepit:
quod muneris tanti pius Imp. fecit, ut eum non fi-
liorum modò sed suum etiam parentem dici vo-
luerit. Quid? quod ubi sedentes pro dignitate
stans docuit, interveniens Theodosius stare im-
posterum filios & audire sedentem jussit, timen-
das imperii secures literatis scholæ fascibus sub-
mittens, quos cum in gravius delinquentem Arca-
dium strinxisset ARSENIUS, necem ille Doctori
inferre molitus est, penè Nero ex Arcadio factus.
Adeò non jam primum bonorum Magistrorum
didactron odia & insidiæ sunt discipulorum. AR-
SENIO interim vox cælo hæc accidit: *fuge, tace,*
quiesce. Fugit itaque sed aulæ servitutem: tacuit
Eremi discipulus, sed Doctorem Angelum habuit.
Hic vana hominum studia illi depinxit primò in
Æthiope, qui levando, cui impar erat, oneri, alia
atque